



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Dasivs Mart. 20. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Nov.

prius IESVM videre curato : intueri prius exaltatum serpentem in deserto, si videre desideras Regem in solio residentem. Ista te humiliet visio, ut illa exaltet humiliatum: reprimat ista tumorem tuum, ut illa repleat desiderium tuum. S. Bern. serm. 1. de verb. Isaia.

S. DASIVS MART. 20. Novembris.

Id quod palam hodie, & sine larvâ dæmon facit, hoc jam olim fecit Saturnum mentitus. Voraverat hic plûs quàm inhumanâ ingluvie filios suos, & viscera sua in viscera crudeli dente congererat. Scilicet divinitatem hæc impietas meruit, cui deinceps orbis puerorum sanguine ac morte litaret. Et tenuit hic mos non unam ætatem, atque Christiana sæcula etiam infamiâ suâ aspersit. Ita Dorostorum urbs scelere, quod nec, qui alluit illam, Ister satis eluet, annis singulis ipsum inventæ florem principemque infando sacrificio immolabat. Ut verò eò pulchrius hoc adornaret, xxx. omninò dies omnibus deliciis victimam infelicem saginavit, utque splendidius periret, purpura auroque induit, sic inter visus potius quàm gemitus morituram. Atque hæc fors cum DASIVM formæ omnis compendium nominasset, invitatus scilicet ad patriâ sacra, palam detrectavit non mortem, sed causam mortis. Nam qui Saturno noluit, rectè Christo victima procubuit. Exhorrescens, scio, parentes infanda hæc facta: at quid aliud paratis, quàm orco victimam, cum filios voluptatibus frangitis, vestium luxu corrumpitis, & in patriâ conspectu indulgenti amplexu perimitis, ipsissimi & heu! inter medios Christianos, Saturni? Quàm rectius, filios Christo, cum hic parvulos ad se vocat, non negatis?

mbriis.
LISA
cm vi
Nimi
t, tu
Mibi
riget.
spicis
ant, te
uis me
sue le
Tollite
cedito
Hæc
e, ut
n sub
ceret.
ochio,
icum
dere,
nobi
nge è
mque
regis
nterè
mit è
er ab
amo
altas
s avi
abit.
mitem
pr. us

retis? Ex Menais & Menolog.

Homo redi ad Deum sic amatus à Deo, & ad illius gloriam da totum te, qui se totum propter te ad suam deduxit injuriam: & voca patrem fidem, quem tanto amore tuum probas, sentis, intelligis esse genitorem. S. Pet. Chryf. serm. 70.

S. EDMUNDVS MART' 20. Novembris,

ALter EDMUNDVS rex est; altera Angliæ gloria. Hic anno DCCC. LXX. cum Iugar Danie rex, vastitate Angliæ ingenti illatâ, misisset, qui regias gazas veluti suæ jam victoriæ præmia, nã totas mallet amittere, dividere secum juberet, fortiter respondit. Nulla se latronibus stipendia numerare solitum liberam se & regem meminisse, nec aliter, cum vires starent, paritarum divitias suam quàm ferro fuisse. Nunc post lacerû regni corpus quid capiti parceret plebeio sanguine huc usque ebrîû veterius regium hausturum. Tum denique se extincto totam hereditatẽ adiret. Inter spolia Numinis iram, & vindictam repersurum. His in majores jam iras versus Iugar captum non regis catenis oneravit; flagris deinde servilem in modum acceptum, scopum esse militum sagittis jussit; demum caput auferri, aliter & cælo jam coronandum. Porro hoc feris in pabulum inter dumeta abjectum præclarus jam denique custos lupus tutatus est, & cum caput suâ voce se quærentibus prodidisset, etiam funus mœsto ululatu profecutus scribitur. Tyranno in lupum abeunte, lupum in hominem rediisse dixisset. Sed & caput corpori suo redditum integrumque à tabo longè post repertum ajunt; quin barbæ capitisque pilos succrescentes quotannis detonsos esse. Et dubitabimus porro virtutem